

Nº 296. Ὁ Λεονάρδος ντὲ Φανό, διορίζεται γραφεὺς τοῦ ὁφφικίου εἰς τὸ φρούριον Πεδιάδος τῆς Κρήτης. 1308, 30 Μαΐου.

296. Quod Leonardus de Fano sit scriba ad offitium castri Pedyathe.

1 Millesimo trecentesimo VIII, die penultimo Madii.

Capta fuit pars quod Leonardus Defano quondam noster burgensis in Ancona et nunc habitator Candide, de quo multa bona dicuntur, sit scriba ad offitium castri Pedyathe, de insula Crete ad beneplacitum Domini, cum
5 condicione quod si bene non exercetur officium, Ducha et consiliarii possint facere quod eis uidebitur.

Διατάξεις ἀφορῶσαι τὸν δοῦκα, τοὺς συμβούλους καὶ τοὺς ταμίας Κρήτης.

- 1ον Μεσίτης ἐν Κρήτῃ διορίζεται Βενετὸς ἢ κάτοικος Βενετίας ἐγκατεστημένος ἀπὸ δεκαπενταετίας. Οἱ πανόμενοι, ἀναδιορίζονται μόνον ἐὰν παραμείνωσιν ἐπὶ ἔτος τοῦλάχιστον ἐκτὸς ὑπηρεσίας. 1301, Αὐγούστου 26.
- 2ον Ὁ δούξ Κρήτης καὶ ὁ Καστελλάνος Κορώνης δύνανται νὰ λάβωσι προκαταβολὴν ἐν Βενετίᾳ διὰ τροφὴν καὶ ναῦλον. 1303, Φεβρουαρίου 5.
- 3ον Περὶ οἰκοδομῆς οἰκίας διὰ τοὺς συμβούλους Κρήτης. 1303, Φεβρουαρίου 7.
- 4ον Αἱ διορθώσεις αἵτινες πρέπει νὰ γίνωνται εἰς τὰς ἐντολάς τῶν συμβούλων Κρήτης, θὰ γίνωνται ὑπὸ τοῦ Δόγου, τῶν συμβούλων καὶ τῶν προέδρων τῶν 40. 1305 Αὐγούστου 28.
- 5ον Νὰ κατασκευοθῇ χρηματοκιβώτιον μετὰ τριῶν κλείθρων, πρὸς φύλαξιν χρημάτων. 1306, Φεβρουαρίου 24.
- 6ον Ὁ δούξ Κρήτης νὰ ἐνεργήσῃ διὰ τὴν ἐπισκευὴν τοῦ ναοῦ τοῦ Ἀγίου Μάρκου καὶ τῆς οἰκίας τοῦ πριμικυριάτου ὡς μέχρι τοῦδε ἐγένετο. 1306, Αὐγούστου 2.
- 7ον Προηγουμένως ἐξελέγοντο τέσσαρες σύμβουλοι ἐν Κρήτῃ, οἵτινες ἐπὶ ἐν ἔτος ἦσαν σύμβουλοι καὶ τὸ ἕτερον ρέκτορες Χανίων καὶ Ρεθύμνου. Ἀποφασίζεται ὅπως τοῦ λοιποῦ ἐκλέγονται δύο σύμβουλοι ἐπὶ διετίαν καὶ δύο ρέκτορες Χανίων καὶ Ρεθύμνου ἐπίσης ἐπὶ διετίαν. 1306, Νοεμβρίου 27.
- 8ον Ἐκαστος τῶν συμβούλων λαμβάνει ἐτησίως 450 ὑπέρπυρα. 1307, Φεβρουαρίου 14.
- 9ον Ὁ δούξ Κρήτης ἀπαλάσσειται τῶν συνεπειῶν, διότι δὲν ἠδυνήθη νὰ ἀποδώσῃ τὰ διὰ τὴν οἰκοδομὴν τῶν δύο φρουρίων ληφθέντα ὑπέρπυρα. 1307, Ἀπριλίου 13.
- 10ον Οἱ δοῦκες Κρήτης ὀφείλουσιν ἐπιμελῶς νὰ ἐξετάσωσι, ἐὰν ὑπὸ τῶν προκατόχων τῶν ἐδόθησαν κτήματα ἢ ὑποστατικά, καὶ νὰ ἀναφέρωσιν εἰς τὴν κοινότητα Βενετίας περὶ ἐκείνων τὰ ὅποια ἐδόθησαν παρὰ τὰς ἐντολάς των. 1307, Ἰουλίου 4.
- 11ον Κατὰ ποίας ἡμέρας οἱ ταμίαι ὑποχρεοῦνται νὰ συνεδριάξωσιν εἰς τὸ γραφεῖον των. 1307, Ἰουλίου 4.

Fº 72º

Incipiunt consilia pertinentia ad Ducham et consiliarios et camerarios Crete.

1. Quos non possint ibi esse miseta nisi Venetus.

1 Millesimo CCCº primo, die XXVI Augusti.

Capta fuit pars, quod in Candida non possit aliquis esse meseta, nisi sit



Venetus, uel nisi fuerit habitator Venetiis, uel aliarum terarum et locorum domino Duci et comuni Veneciarum, subiectorum a quindecim annis ultra. Et illi qui erunt priuati a dicta mesetaria sint extra ad minus per unum annum, et non possint decetero associare aliquem mercatorem, nec dare ei consilium de aliquibus mercacionibus faciendis nec modo aliquo uel ingenio se impedire in dicto uel facto, in facto aliquo quod ad mesetariam pertinent sub pena xxv yperperorum pro quolibet illorum qui contrafaceret qualibet uice, et qui non poterit soluere debeat stare per medium annum in carcere et nichilominus teneatur obseruare quod dictum est supra, silicet non intromittere de dicta mesetaria per unum annum. Et si post modum poneretur inter mercatores quod restitueretur ad dictam mesetariam, non possit esse nisi captum fuerit per duas partes mercatorum Venecialium qui tunc essent in Candida. Et tam illi mesete, qui remanserint quam illi qui fient, de nouo debeant approbari per ducham, consiliarios et mercatores Veneciarum, qui tunc erunt in Candida, in quolibet medio anno. Et illi qui per maiorem partem predictorum mercatorum, fuerint aprobatii sint firmi. Et alii qui non fuerint aprobatii non possint se intromittere in facto predicto sub pena predicta nisi fuerit restitutus, ut dictum est supra. Et illi qui erunt messete, non possint habere societatem, similiter modo aliquo uel ingenio sub pena predicta. Et qui accusauerit aliquem contrafacientem, ita quod per eius accusationem ueritas cognosceretur habeat medietatem pene et teneatur de credentia. Et hoc addatur in commissione duche, consiliariorum Crete qui teneantur et debeant predicta facere et obseruare sub debito iuramenti.

2. Quod accipiant pecuniam mutuo hic pro sua mensa et naulo.

Millesimo trecentesimo secundo, die v mense Februarij.

Cum duche Cretensi et Castellanis Corone soleat dari certa quantitas peccunia hic pro suis mensis et naulis, et nunc factum deinde sit pinguius solito. Capta fuit pars, quod tam Ducha Cretensis, quam castellani Corone accipiant hic illam peccuniam mutuo ad soluendum in Creta et Coroni.

3. De domo fienda pro consiliariis Crete.

Eodem millesimo mense et die VII.

Capta fuit pars, quod addatur in commissione duche Crete, qui iturus est modo, et suorum consiliariorum, quod debeant uidere apud domum duche ubi melius eis uidebitur de accipiando tantam terram uel domos in qua fient due pulchre domus pro consiliariis, dando bonum restaurum illis quorum erit domus uel terra, taliter quod comune pocius recipiat dapnum quia speciales persone. Et due domus iste fieri debeant de bonis comunis Crete, uidelicet de eo quod supra erit ad faciendum faciones illius terre. Et Ducha Crete non possit a modo inci-

pere facere de nouo aliquod opus nisi predi-
 40 cte domus consiliariorum primo
 fuerunt facte. Et si tempore istius duche, qui iturus est ad presens, domus pre-
 dicte non poterunt compleri, quod alius uel alii successores sui, et consilarii qui
 erunt per tempora, teneantur facere quod ducantur ad complementum et post
 modum in domo in quam morantur consilarii ad presens, habitare debeant tres
 camerarios comunis qui mittuntur hinc illuc. Et si consilium uel commissio est
 contra sit reuocatum quantum in hoc.

4. Quod correctiones fiende in suis commissionibus fiant per dominum etc.

45 Millesimo CCC° v, mensis Augusti die XXVIII.

Cum sint certe corectiones fiende in comissionibus consiliariorum Crete,
 capta fuit pars, quod dicte corectiones possint fieri sicut uidebitur domino Duci,
 consiliariis et capitibus de XL, non obstante quod electiones presentium consilia-
 riorum facte sunt. Et si consilium etc.

50 Ego Nicolo Arimondo manu mea subscripsi

Ego Franciscus Dandulo manu mea subscripsi

Ego Marinus Faletro manu mea subscripsi

Ego Henricus Michael manu mea subscripsi

55 Ego Johannes Calderarius notarius de mandato predictorum dominorum
 suprascriptum consilium cancellavi.

5. Quod fieri faciant unus banchus cum tribus clauibus ubi ponetur denarii.

Eodem millesimo, die XXIII mensis Februarij.

60 Capta fuit pars, quod addatur in comissione duche, consiliariorum et came-
 rariorum Crete, quod teneantur facere fieri unum bancum cum tribus clauibus, in
 quo debeant poni omnes denarii qui peruenient in comune, et omni die Sabati
 colligere denarios prouenientes in comune, et ponere in dicta capsella. Et quilibet
 camerarius habeat unam clauim diuissatam ab aliis et non possint aperire
 dictum banchum nisi omnes simul, uel maior pars eorum. Et si consilium uel
 commissio ant capitulare est contra sit reuocatum quantum in hoc.

6. Quod ducha faciat circa Ecclesiam sancti Marci ut hactenus consueuit.

F° 73^r Millesimo CCC° VI die secundo Augusti.

65 Cum dominus Marinus Barozius dixerit domino duci, quod actenus fuit con-
 suetudo quod duces cretenses preteriti aptauerint ecclesiam et domus primice-
 riatus Sancti Marci, et requisierit quod mittatur presenti duche quod faciat
 idem, capta fuit pars quod precipiatur duche presenti ut in hoc faciat sicut
 solitum est fieri per alios duchas preteritos.

70 Ego Franciscus Dandulo manu mea subscripsi

Ego Marinus Faletro manu mea subscripsi

Ego Justinianus Justiniano manu mea subscripsi

Ego Henricus Michael manu mea subscripsi

Ego Johannes Calderarius notarius de mandato predictorum dominorum
suprascripta duo consilia cancellavi.

75

7. Quod duo consilarii eligantur in Creta per duos annos.

Eodem millesimo die XXVII Nouembris.

Cum hinc retro facti sint IIII consilarii in Creta qui stant uno anno in consiliaria et alio in rectoria Rethemi et Canee, capta fuit pars quod decetero duo consilarii eligantur in Creta, qui debeant fieri per duos annos, et rectores Rethimi et Canee similiter eligantur per duos annos, cum illis conditionibus, salario, et libertatibus, quibus nunc sunt. Et si consilia, uel capitulare, uel commissio sunt contra sint reuocata.

80

8. Quod consilarii Crete habeant yperpera $\frac{C}{III}$ L in anno pro quolibet.

Eodem millesimo, die XIII Februarii.

Capta fuit pars quod sicut consilarii Crete habebant yperpera $\frac{C}{III}$ in anno pro salario, ita propter rectoriam que eis est accepta de Rethimo et Canea, habeant de cetero yperpera CCCCL in anno pro quolibet. Et si consilium uel capitulare uel commissio est contra sit reuocatum.

85

9. Quod absoluatur Duchia ab eo quod non potuit reddere yperpera accepta pro castris.

Millesimo CCC^o VII, de XIII Aprilis.

Cum fuisset comissum duche et consiliariis qui nunc sunt in Creta, quod cum omni solitudine, qua possent, construi facerent duo castra in capite leuantis, ubi eis uideretur, de bonis comunis Crete, et si pecunia non esset in comuni pro ipsis construendis, milites et burgenses Candide mutuarent eam comuni, pro qua nulum lucrum solueret comune, et duche, et consilarii deberent deputare pro ipso mutuo reddendo de redditibus comunis tantum quantum possent competere. Ita quod de ipsis redditibus haberent et perciperent ad minus yperpera $\frac{M}{III}$ in suo tempore usque ad satisfactionem ipsorum, et in ipsis redditibus non intelligerentur redditus comercli. Et ipsis duche et consiliariis superuenerint multa facere pro quibus ipsos oportuit expendere, scilicet pro ecclesia Sancti Marci Candide, pro palatio, pro arsenatu, quam oportuit penitus aptari pro saluamento galearum sibi missarum pro aptandis muris et turribus existentibus circa portum, que propter terremotum ceciderant, et pro construendo castrum in Jerapetra sicut eis mandatum fuit, et pro multis malandrinis qui fuerunt persecuti et mortui in insula predicta Crete, quas expensas soluere non potuerunt. Capta fuit pars, quæ

90

95

100



presens ducha absoluator ab eo quod non potuit reddere dicta yperpera $\frac{M}{III}$ et
 105 committatur duche nunc ituro, et alii duche qui ibit post eum quod soluant dictam
 pecuniam sicut consulent illi qui sciunt condiciones deinde.

Ego Franciscus Dandulo manu mea subscripsi
 Ego Marinus Faletro manu mea subscripsi
 Ego Justinianus Justiniano manu mea subscripsi
 110 Ego Henricus Michael manu mea subscripsi
 Ego Johannes Calderarius notarius de mandato predictorum dominorum
 suprascriptum consilium cancellavi.

10. Quod inquirant diligenter totum illud, quod datum esset per suos predecessores de bonis,
 uel possessiones.

Eodem millesimo die IIII Julii.

Capta fuit pars quod addatur in commissione duche Cretensis ituri et scri-
 115 bantur littere consiliariis Crete, quod fatiant diligentem inquisitionem de
 omni eo quod datum fuisset alicui uel aliquibus per suos predecessores, de bonis
 uel possessionibus. Et id quod inuenient esse datum alicui uel aliquibus per suos
 precessores, contra formam suarum comissionum, debeant facere peruenire in
 nostrum comune.

120 Ego Franciscus Dandulo manu mea subscripsi
 Ego Marinus Faletro manu mea subscripsi
 Ego Justinianus Justiniano manu mea subscripsi
 Ego Henricus Michael manu mea subscripsi
 Ego Johannes Calderarius notarius de mandato predictorum dominorum
 125 suprascriptum consilium cancellavi.

11. Quibus diebus camerlengi Crete teneantur sedere ad suum officium.

Eodem millesimo mense et die.

Cum in capitulari camerlengorum de Creta contineatur, quod ipsi camer-
 lengi teneantur sedere omnibus diebus Lune, Mercurii et Veneris in eorum camera
 sub penna unius grossi pro quolibet et qualibet vice, nec specificatum sit in mane,
 130 nec post prandium, neque ad sonum campane, et propterea officium patiatur defec-
 tum. Capta fuit pars, quod ipsi camerlengi, teneantur venire et stare ad dictum
 suum offitium a mane usque ad tertiam dictis diebus lune, mercurii et ueneris, et
 post prandium uenire ad sonum campane, ad quam campanam uadunt ducha et
 alii officiales ad eorum offitia et stare usque ad uesperas sub dicta pena I grossi
 135 pro quolibet et qualibet uice, et teneantur per sacramentum se scribi facere
 quando non uenirent, ut est dictum, in die sequenti saluis occasionibus exceptatis.
 Et nichilominus teneantur uenire aliis diebus etiam si pro offitio locus esset.